

w ostatnim stuleciu. Kolejnym prelegentem był ks. dr Leon Nieścior (WSD, Obrab), który mówił o *Polskich badaniach nad monastycyzmem*. Zdaniem mówcy, mimo dość dużego zainteresowania tą problematyką, lista tekstów i tematów pozostających do opracowania jest jeszcze bardzo długa. Brakuje – jego zdaniem – zwłaszcza opracowań syntetycznych. Podobne odczucie, tylko w dziedzinie gnostycyzmu, wyraził też ks. prof. dr hab. Wincenty Myszor (ATK) w komunikacie pt. *Polskie badania nad gnostycyzmem*. Zainteresowanie tekstami gnostyckimi jest wśród polskich patrologów małe, choć dla zrozumienia tekstów patrystycznych II i III wieku znajomość tej problematyki wydaje się dość znacząca. Na jeszcze większy brak zainteresowania dziedziną przez siebie reprezentowaną narzekał ks. dr Jerzy Woźniak (UJ), który zaprezentował *Polskie badania nad syryjską literaturą wczesnochrześcijańską* stwierdzając, że największy dorobek ma tu ks. prof. dr hab. Wojciech Kania z Tarnowa. Tradycje wielkopolskie omówił ks. dr Bogdan Czyżewski (UAM) w komunikacie *Wkład środowiska poznańsko-gnieźnieńskiego w badania nad literaturą wczesnochrześcijańską*; najlepiej ten wkład reprezentuje stworzona tu seria POK. Z kolei ks. dr hab. Antoni Żurek (WSD, Tarnów) scharakteryzował *Wkład środowiska tarnowskiego w badania nad antykiem chrześcijańskim*. Osiągnięcia tego środowiska można mierzyć osiągnięciami tej miary patrologów, co ks. J. Czuj i ks. W. Kania, bądź też ilością powstałych tam prac, lub ciekawych inicjatyw (por. inicjatywa powołania Instytutu Patrystycznego). O środowisku jezuickim mówił następnie ks. dr Stanisław Łuczarski SJ (PAT) w wystąpieniu *Wkład jezuitów polskich w studia nad Ojcami Kościoła*, w czym jezuici mają bogate tradycje. Ostatnie wystąpienie stanowiło prezentację dorobku środowiska opolskiego. Prezentacji tej dokonał ks. dr Norbert Widok (Uniw. Opolski) w komunikacie *Wkład środowiska śląskiego w badania nad antykiem chrześcijańskim*.

Podsumowania obrad dokonał kierownik Zakładu i organizator sympozjum ks. dr hab. Stanisław Longosz. Podsumowanie to poprzedził 10-minutowym streszczeniem nie wygłoszonego, z braku czasu, swego jubileuszowego komunikatu *Zakład Badań nad Antykiem Chrześcijańskim KUL jako propagator myśli wczesnochrześcijańskiej w Polsce*. Obecność pracowników naukowych i studentów historii z UMCS oraz innych ośrodków akademickich Polski uzasadniała jego przedstawienie. Po zakończeniu obrad delegacja uczestników sympozjum odwiedziła grób założycielki Zakładu prof. Leokadii Małunowiczówny.

Ks. Antoni Żurek

### 3. WRĘCZENIE KSIĘGI PAMIĄTKOWEJ KS. PROF. EMIŁOWI STANULI

Pod koniec pierwszego dnia obrad ogólnopolskiego sympozjum patrystycznego, zorganizowanego 25-26 V 1999 r. w Lublinie przez Międzywydziałowy Zakład Badań nad Antykiem Chrześcijańskim KUL z okazji 30-lecia swej działalności, miała miejsce miła ceremonia wręczenia Księgi Pamiątkowej, przyznanej przez Radę Naukową Zakładu i redakcji „Vox Patrum”, jednemu z najbardziej zasłużonych patro-

logów polskich – ks. prof. dr hab. Emilowi Stanuli z okazji 60-lecia urodzin i 35-lecia jego pracy naukowo-dydaktycznej. W szczelnie wypełnionej Czytelni Profesorskiej Biblioteki Uniwersyteckiej KUL prowadzący tę ceremonię ks. Stanisław Longosz, kierownik Zakładu i redaktor naczelny „Vox Patrum”, rozpoczął tę uroczystość słowami:

„W historii każdej społeczności, instytucji czy dyscypliny, są pewne osoby, które nadają im kierunek, i które stanowią swoistego rodzaju kamienie milowe, prowadzące tę instytucję lub dyscyplinę do określonego celu. Nierzadko są to postacie bardzo skromne, nie rzucające się w oczy, na pozór zwyczajne, spędzające całe godziny dni i nocy na żmudnej pracy i przemyśleniach w ciszy swych cel naukowych, a ich znaczenie i wartość zauważa się dopiero wówczas, gdy ich zabraknie. Taką postacią w historii polskiej patrystyki, na niwie polskich badań nad antykiem chrześcijańskim, jest niewątpliwie ks. prof. Emil Stanula, który stanowi ich swoisty kamień milowy. Dzięki bowiem jego twórczej, ofiarnej, wydawniczej, nie liczącej się ze słabością własnego organizmu pracy, dzięki jego poświęceniu i oddaniu, polska patrystyka ożyła, i można by powiedzieć, weszła w nowy okres swego rozwoju...”

Tutaj mówca scharakteryzował krótko sylwetkę dostojnego Jubilata i przypomniał jego zasługi wobec patrystyki polskiej na trzech polach: na polu dydaktyki (promotor 31 magisteriów oraz 3 doktoratów i 3 na ukończeniu, autor 7 recenzji prac habilitacyjnych i 13 recenzji prac doktorskich), na polu naukowym (212 publikacji, w tym 3 książki, 25 artykułów, 6 przekładów pism Tertuliana i 6 nie opublikowanych jeszcze przekładów Hilarego z Poitiers, 15 recenzji i sprawozdań, 97 haseł encyklopedycznych i słownikowych oraz 65 opracowań redakcyjnych łącznie ze wstępami i indeksami do pism wydawanych w PSP), i na polu wydawniczym (najważniejszą jego zasługą jest stworzenie i wydanie od 1961 roku 60 tomów największej w historii kultury polskiej patrystycznej serii tłumaczeniowej „Pisma Starochrześcijańskich Pisarzy”, zawierającej ponad 200 tytułów dzieł Ojców Kościoła dotąd na język polski nie przełożonych, do których 70% wstępów pochodzi od niego; od r. 1977 współredaktor serii „Studia Antiquitatis Christianae”, (dotąd ukazało się już 13 tomów); od r. 1978 inicjator wydawania „Biuletynu Patrystycznego” jako dodatku do „Collectanea Theologica”; od 1995 r. inicjator wydawania „Saeculum Christianum” – periodyku Wydziału Kościelnych Nauk Historycznych i Społecznych ATK; od 1986 r. stały recenzent „Vox Patrum”).

Przypomniał również jego zasadniczy udział w erygowaniu 3 XI 1977 r. Sekcji Patrystycznej przy Komisji Episkopatu d/s Nauki Katolickiej, której podczas pierwszej kadencji był sekretarzem zarządu. Po tym uzasadnieniu prowadzący kontynuował:

„Jako wyraz uznania dla powyższych zasług i podziękowanie za wszystko, czego ks. prof. Emil Stanula dokonał dla polskiej patrystyki i badań nad antykiem chrześcijańskim, Rada Naukowa Międzywydziałowego Zakładu Badań nad Antykiem Chrześcijańskim KUL i Redakcji „Vox Patrum” na zebraniu 18 XII 1996 r. przyznała mu Księgę Pamiątkową. Bezpośrednią okazją jej przyznania była 60 rocznica jego urodzin i 35 rocznica jego pracy naukowo-dydaktycznej. Ta Księga Pamiątkowa, którą Ci, Dostojny Jubilate, wręczamy, niech będzie wyra-

zem naszego głębokiego przekonania, że Twoje badania naukowe, Twoja praca dydaktyczna, Twoja działalność wydawnicza, a także Twoja obecność wśród nas i z nami, są nie tylko godne zauważenia, ale przede wszystkim naszego uznania i wdzięczności”.

Po tym wstępnym przemówieniu laudację ku czci Dostojnego Jubilata wygłosił ks. prof. dr hab. Henryk Wójtowicz który mówił:

Reverendissimus Aemilius Stanula anno millesimo nongentesimo tricesimo quinto (1935) in Szerzyny prope Tarnoviam in familia multorum liberorum tamquam filius Stanislai et Bronislavae de domo Furman natus est. Localem primordium ludum usque ad annum millesimum nongentesimum quadragesimum nonum (1949) frequentabat. Primam professionem religiosam anno millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio (1953) in Braniewo professus est. Testimonium maturitatis nec non studiorum philosophiae et theologiae anno millesimo nongentesimo quinquagesimo octavo (1958) in Maiore Seminario Sacrae Congregationis Smi Redemptoris in Tuchów prope Tarnoviam obtinuit. Die septimo mensis Junii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo nono (1959) ab archiepiscopo Włodimiro Jasiński ordinatus est.

Philologiae classicae in Universitate Jagiellonica Cracoviae studuit et diploma magistri anno millesimo nongentesimo sexagesimo quinto (1965) adeptus est. Eodem anno Varsoviam migravit, ubi studia patristica in Academia Theologiae Catholicae in Facultate Theologica inchoavit et diploma magistri theologiae in patrologia assecutus est. Anno millesimo nongentesimo sexagesimo octavo (1968) assistens minor in ATK et duobus annis elapsis assistens maior in Cathedra Patrologiae nominatus est. Anno millesimo nongentesimo septuagesimo secundo (1972) doctor theologiae in patrologia creatus adiuncti munus in Cathedra Patrologiae in Facultate Theologica Academiae Theologiae Catholicae accepit. Plurima etiam officia pastoralia primum Cracoviae et deinde Varsoviae diligentissime exsequabatur.

Anno millesimo nongentesimo octogesimo secundo (1982) Reverendissimus Dominus Stanula in Facultate Theologia Academiae Theologiae Catholicae habilitatus est, paulo post Cathedrae Historiae Litterarum et Theologiae Patristicae Occidentis moderator nominatus est, anno autem millesimo nongentesimo octogesimo tertio (1983) munus docentis Facultatis Theologiae in ATK recepit. Quando autem anno millesimo nongentesimo octogesimo septimo (1987) a Facultate Theologica nova Facultas Ecclesiasticarum Scientiarum Historicarum et Socialium separata est, tum vero Reverendissimus Dominus Stanula huius Facultatis prodecanus ab anno millesimo nongentesimo octogesimo octavo (1988) usque ad annum millesimum nongentesimum nonagesimum (1990) et decanus ab anno millesimo nongentesimo nonagesimo tertio (1993) usque ad annum millesimum nongentesimum nonagesimum sextum (1996) fuit. Die tricesima mensis Octobris anno millesimo nongentesimo octogesimo nono (1989) titulum professoris extraordinarii liberalium doctrinarum, et prima die mensis Augusti anno millesimo nongentesimo nonagesimo tertio (1993) titulum professoris ordinarii in ATK Varsoviae nactus est.

Supra triginta (31) studentes a Reverendissimo Domino Stanula ad magistri gradum promoti et duodecim (12) etiam promovendi sunt. Quem tamquam promotorem thesis doctoralis tres magistri iam habuerunt et tres etiamnum habebunt.

Hic vir doctissimus septem (7) censuras librorum ad habilitationem academicam impetrandam scripsit, quarum tres Universitati Catholicae Lublinensi destinatae sunt, et praeterea composuit tredecim (13) censuras librorum, quarum quattuor (4) Catholicam Universitatem Lublinensem attinebant. Partes investigationum Reverendissimi Domini Stanula, quae semper eminebant et usque adhuc vigent, haec sunt: anthropologia philosophica et theologica nec non doctrina ecclesiastica et exegesis patristica. Auctores dilectissimi se praebuerunt illi Tertullianus et Hilarius Pictaviensis, cuius opera omnia in linguam Polonam a Professore Stanula translata sunt. Fructus illorum studiorum hodie sunt: usque ad ducentas duodecim (212) editiones, in quibus inveniuntur tres (3) libri, viginti quinque (25) commentationes, sex (6) Hilarii Pictaviensis operum translationes prelo edendae, quindecim (15) censurae librorum et relationes, nonaginta septem (97) articuli in vocabulariis vel encyclopaediis, sexaginta quinque (65) libelli in editionibus una cum praefationibus et indicibus copiosis.

Reverendissimus Dominus Stanula optime est meritus ante omnia de ordinatione studiorum et praecipue de actione editoria in patrologia; rationem institutionis patristicae in ATK fecit et comparavit; anno millesimo nongentesimo octogesimo sexto (1986) conditionem trium cathedrarum patristicarum adjuvit, et nempe: Historiae Litterarum et Theologiae Patristicae Orientis, Historiae Litterarum et Theologiae Patristicae Occidentis, Historiae Ecclesiae Antiquae; anno autem millesimo nongentesimo nonagesimo quinto (1995) multum contulit ad formationem Cathedrae Philologiae Patristicae et transformationem Cathedrae Historiae Litterarum et Theologiae Patristicae Orientis in Cathedram Historiae Litterarum et Theologiae Orientis. Ab anno millesimo nongentesimo octogesimo septimo (1987) sessiones patristicas unius diei in ATK omnibus antiquitatis christianae cultoribus in Polonia semel anno una cum aliis coordinat.

Reverendissimus Dominus Stanula conditionem Sectionis Patristicae in Commissione Episcopatus ad res Doctrinae Catholicae praecipue participavit, die autem tertia mensis Novembris anno millesimo nongentesimo septuagesimo septimo (1977) Lublini primus huius Sectionis administrandae secretarius usque ad annum millesimum nongentesimum octogesium tertium (1983) electus est. Coniunctissime quoque vivit cum Instituto Investigationum de Antiquitate Christiana, quod inter Facultates Catholicae Universitatis Lublinensis existit. Ab anno millesimo nongentesimo octogesimo sexto (1986) volumina, quae „Vox Patrum” inscribuntur, solidus consultor editorius ex ordine est.

Pro hoc auxilio et assidua collaboratione nec non pro meritis de patrologia Polonorum anno millesimo nongentesimo nonagesimo sexto (1996) Liber Memorialis Reverendissimo Domino Stanula conceditur et hodie offertur. Nomen Reverendissimi Domini Stanula praesertim per editionem supra sexaginta (61) voluminum translationum patristicarum in seria, quae *Scripta Antiquorum Scriptorum Christianorum* („Pisma Starochrześcijańskich Pisarzy”) inscribitur, atque propter aliquot alias emissiones clarissimum est et semper erit.

Actio Reverendissimi Domini ac Illustrissimi Professoris Doctoris habilitati Stanula, per lineamenta solummodo nunc a me relata et laudata, praecipue copiosa et omni eruditione imbuta est. Reverendissimus Dominus Doctor habilitatus Aemilius Stanula, illustrissimus Profesor, patrologiae Polonorum pulcherrimus, apex altissimus, decus dulcissimum omnibus antiquitatis christianae cul-

toribus revera iure ac iuste habetur. Pro omni bono e Reverendissimo Domino et Illustrissimo Professore Aemilio Stanula nobis oblato Deo gratias hodie agamus.

Hanc vitam laboriosam, eruditionem, diligentiam, actionem, auctoritatem doctrinalem in patrologia a pluribus viris doctis approbatam admirans – nomine coetus nostri hodierni et meo, nomine quoque Commissionis Studiorum de Antiquitate Christiana Societatis Scientiarum Catholicae Universitatis Lublinensis, Sectionis Philologiae Episcopatus Poloniae, quibus praesum, et tamquam vicepraeses Societatis Philologiae Polonorum Circuli Lublinensis – ex animo exopto, ut Jesus Christus, sanctissimus Salvator Te, Gratissime Amice noster, Amplissime ac Colendissime Vir, suarum gratiarum radiis Te illuminet, benedictionibus plurimis, bona valetudine corporis, serenitate et gaudio animi, igne ardentis cordis, potentissima virtute, robore mentis firmatum in omnibus propositis Tuis nunc et in futuro faciendis semper impleat. Deus Te adiuvet beata Maria Virgine intercedente. Ad multos annos!

Po tych przemówieniach Księżę Pamiętkową (32-33 tom „Vox Patrum”, ss. 640) Dostojnemu Jubilatowi przy wtórze *Plurimos annos* wręczyli ks. Stanisław Longosz i prof. dr hab. B. Filarska (kwiaty), a następnie rozpoczęły się gratulacje i życzenia z różnych ośrodków naukowych Polski: ks. prof. dr hab. F. Drączkowski w imieniu Katedr Patrologii KUL, ks. prof. dr hab. W. Myszor w imieniu Katedr Patrologii ATK, ks. prof. dr hab. E. Staniek w imieniu patrologów PAT, ks. prof. dr hab. J. Pałucki w imieniu Sekcji Patrystycznej, ks. prof. dr hab. A. Eckmann w imieniu Katedry Literatury Wczesnochrześcijańskiej KUL, ks. prof. dr hab. Sz. Pieszczoł w imieniu patrystycznego środowiska gnieźnińskiego, dr R. Pankiewicz w imieniu redakcji „Pomoerium” (Bochum), ks. prof. dr hab. B. Częsz w imieniu patrystycznego środowiska poznańskiego, ks. dr N. Widok w imieniu środowiska śląsko-opolskiego, dr H. Kowalski w imieniu historyków starożytnych UMCS, ks. dr J. Woźniak w imieniu patrystycznych syriologów polskich, prof. dr hab. J. Wojtczak w imieniu badaczy literatury wczesnochrześcijańskiej UW (po łacinie), ks. dr hab. A. Żurek w imieniu patrystycznego środowiska tarnowskiego i na koniec znajomi Jubilata Dorota i Henryk Lipniacy.

Na zakończenie uroczystości wzruszony Jubilat wygłosił następujące słowo dziękczynne:

Clarissime Praeses,  
Carissimi amici et collegae, dilectissimi discipuli,  
Feminae et viri,

Maximo gaudio commotus sum, quod ii, qui huic conventui praesunt, hunc magnum atque praecipuum honorem mihi tribuerunt, non a laetitia animi seiunctum aut remotum, ut hodie libro memoriali „Vocis Patrum” honoraturus sim. Non ignoro orationes modo auditas amicorum meorum, Stanisłai Longosz et Henrici Wójtowicz, potius munera mihi suscipienda, quam iam confecta et exacta indicavisse. Non sum iam enim iuvenis et est mihi sensus paedagogi academici nec non conscientia officiorum praeceptoris, qui in Ecclesia hodierna aliquot iam annos laboraveram traditionem eius authenticam praedicando.

Seriem vero annorum lapsorum inspiciendo atque effectus laborum meorum aestimando admodum elatus mihi videor, quod dignatus sum fieri quasi granum seminis a dilectissimo meo praeceptore Mariano Michalski formatum et seminatam, casum vero in terram bonam Patrum Ecclesiae, quod dedit fructum, nempe non ob ingenium meum, sed potius sedulitatis causa. De bona vero terra Patrum Ecclesiae exorti sunt ampli copiosique fructus – tam plurimae greges patrologorum tum in Polonia, tum in terris externis optime praeparatorum ad vivos valores traditionis exhauriendos; perfectum quoque fructum florescentis patrologiae Polonae talia incepta puto, ut pote „Vocem Patrum”; uberes fruges factae sunt demum etiam atque etiam novae editiones patristicae, quae studentibus, viris doctis omnibusque lectoribus faciliorem cum Patribus Ecclesiae conversationem reddunt.

Maxime et vere commotus sum, quod oculos vestros in me convertistis, amici, in me, inquam, quasi in garnum seminis paene emortuum. Valde etiam gaudeo praesentem caerimoniam haberi anno Dei Patris, de quo tam opipare et splendide Patres Ecclesiae dicebant docebantque. Ex studiis meis persuasum habeo Patres Ecclesiae hanc nobis veritatem realitatemque demonstravisse, in qua omnes sentimus nos filios Dei. Qua de causa tam saepe edocebant nos de his maximi momenti Evangeliae verbis: „Pater noster, qui es in caelis”.

Maximas gratias ago omnibus auctoribus, qui articulos suos in hisce Miscellaneis Patristicis publici iuris fecerunt. Gratias ago consilio editorum „Vocis Patrum”, imprimis vero amico meo, venerabili sacerdote, Stanislawo Longosz, cuius opera atque indefesso labore effectum est, ut hic sollemnis convetus congregaretur; gratias ago reverendissimae dominae, dominae Aliciae Stępniewska, tam intentae fautricis operariorum „Antiquitatis christianae”; gratias demum ago venerando sacerdoti Henrico Wójtowicz, qui sic eleganter latine nobis locutus est. Gratias praecipuas persolvo prodecano Facultatis Theologicae Catholicae Universitatis Lublinsensis, reverendissimo sacerdoti et professori Georgio Pałucki.

Ut summam faciam, breviter dicam: Cum quadraginta fere abhinc annos studiis patristicis favere inciperem, pauci erant in patria nostra viri docti, qui antiquitati christianae studerent; hodie, cum insignis titulus emeriti supra cervicem mihi pendet, exclamare possum: «O, me fortunatum, ter, inquam, fortunatum, qui tot talesque amicos et socios laborum operumque meorum circum me congregatos conspicio».

Dilectissimi amici, «Deus vobis retribuatur pro benevolentiam vestram» – his enim latinis verbis reddere velim illud nostrum: «Bóg zapłać».

Ks. Stanisław Longosz

#### **4. MILLENARYZM Wczesnochrześcijański (Sekcja Patrystyczna, Legnica, 24-25 IX 1999)**

W dniach 24-25 września 1999 roku odbyło się w Wyższym Seminarium Duchownym w Legnicy doroczne spotkanie członków Sekcji Patrystycznej działającej przy Komisji Episkopatu Polski do spraw Nauki Katolickiej, w którym wzięło udział 36 uczestników. Było ono poświęcone millenaryzmowi wczesnochrześcijańskiemu.